



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Episcopo Longobardiae, qui ostendit Christo Episcopo Moguntinensi
nomina sibi commissorum in chartula conscripta, cap. 30

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

92. DE CONTRITIONE

suscepissem, damnatus essem æternaliter: subiunxit, que verbum valde terribile: Ad hoc, inquit, iam devenit status ecclesie, ut non sit digna regi, nisi à reprobis Episcopis. APOLLONIUS: Sanctum Wilhelmum Bituricensem Episcopum, qui ante paucos annos defunctus est, esse de numero electorum, crebra eius testantur miracula. CAESARIUS: Puto illum verbum tam horribile contra Episcopos proferendo, respexisse ad multitudinem malorum, & ad raritatem bonorum, & quod eandem raritatem exigit malitia subditorum, sicut testatur sacra scriptura, dicens: Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. APOLLONIUS: Relinquatur ergo horum oratio, quia ea quæ residua sunt de contritione, audire desidero. CAESARIUS: Quod dictum est de puellis baptizatis, & de Episcopis, ad contritionem pertinet, quia in adultis sine cõtritione nihil operatur baptismus, & Episcoporum est, mederi contritis corde, confessiones illorum recipiendo, & pœnitentiam injungendo; unde quia pauci nostri temporis Episcopi in tali physica student, & practicam eius minus exercēt, iuste aliquando à subiectis & infirmis iudicantur.

Iob 34.

*Latius
sumit cõ-
tritionē,
ut etiam
cõprehē-
dat attri-
tionem.*

CAPVT XXX.

TEMPORE Frederici Imperatoris, aui huius Frederici, qui regnat, sedente Christiano Episcopo Maguntia, iuxta quendam Episcopum Longobardia, requisitus est ab illo, si nosset omnes Episcopij sui homines. Subridente Episcopo, ac respondente: Puto Episcopatum meum non minorem esse tota Longobardia; expavit bonus ac sollicitus Episcopus ille considerans periculum eius in reddenda ratione. APOLLONIUS: Et meritò, quomodo ergo vnus homo tot animas regere posset sine periculo? CAESARIUS: Visio quædam satis terribilis memoriæ occurrit, quæ & supradictis respondet, & nostris temporibus videtur esse impleta, cuius tenor talis est.

CAPVT